



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Qvæstio LXXIII. Cur ergo Spiritus Sanctus Baptismum appellat lauacrum regenerationis & ablutionem peccatorum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

\*reno-  
uari.

320  
cio in cruce profudit<sup>a</sup>: deinde etiam, per Spiritum Sanctum<sup>b</sup> vi Sacramenti regenerari, & ipso Baptismo sanctificante membrum Christi fieri<sup>c</sup>, quo magis ac magis peccatis moriamur ijs abstinentes, & sancte inculpateque viuamus<sup>c</sup>.

<sup>a</sup> b. Cor. 6.11. Eph. 4.22.23.24.

## QVÆSTIO LXXI.

*Ubi promisit Christus, nos tam certo sanguine & Spiritu suo abluiturum, quam aqua Baptismi abluti sumus? Et id utrumque in uno lauacro Sacramenti?*

RESP. In institutione Baptismi, cuius hæc sunt verba. *Ite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluabitur: qui vero non crediderit, condemnabitur.*

Hæc promissio repetitur, cum Scriptura Baptismum nominat lauacrum regenerationis<sup>a</sup>, & ablutionem peccatorum<sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Tit. 3.5. b Act. 22.16.

Sciendum: Verbum & elementum abluerent animas intimè, suapte vi propria Sacramentali: Hanc vim autem promanare ex latere Christi, communiter quidem ex quo in omnia Sacraenta septem; Operari tamen in alio aliter, atque, alio: & insingulis specialiter.

105. 80

## DOMINICA XXVII

## QVÆSTIO LXXII.

*Estne ergo externus Baptismus aquæ, ipsa peccatorum ablutione?*

RESP. Non est<sup>a</sup>. Nisi accedente vero ad elementum. Nam non solus sanguis Iesu Christi purgat nos ab omni peccato<sup>b</sup>, sed mediately per Baptismum.

<sup>a</sup> 1. Pet. 3.21. b Ioh. 19.34. 1. Ioh. 5.6.

## QVÆSTIO LXXIII.

*Cur ergo Spiritus Sanctus Baptismum appellat lauacrum regenerationis & ablutionem peccatorum?*

RESP. Deus non sine graui causa loquitur: videlicet non solum ut nos doceat, quemadmodum formæ corporis aquâ purgantur<sup>a</sup>, sic peccata nostra Sanguine<sup>b</sup>, & Spiritu Christi<sup>c</sup> vi Baptismi expiari; verum multo magis, ut nobis hoc diuinum<sup>d</sup> remedio ac pignore certum faciat, nos non minus verè a peccatis nostris internalotione ablui, quam externa & visibili aqua abluti sumus d corpore, & maxime in anima.

<sup>a</sup> Ezech. 16.4. b Apoc. 1.5. Esa. 4.4. d Act. 2.38. Gal. 3.27.

QVÆ-

